

**Versione 22 ▶**

Indicativo piucche-perfetto, futuro anteriore; pronomi relativi e determinativi; dativo di fine

## Alessandro esorta i suoi soldati

Prima della battaglia di Gaugamèla (331 a.C.), in Assiria, nella quale Alessandro Magno sconfiggerà definitivamente i Persiani, il re esorta i suoi soldati a non temere le truppe di Dario III.

*Ante pugnam apud Gaugamēla Alexander, cum iam aciem in planicie contra hostem instruxerat, equo Bucephalo vectus<sup>1</sup>, lorica aurea argenteaque indutus (rivestito), copias suas recensuit et his (con queste) verbis animos militum confirmavit: «Persae coram vobis sunt et sunt iidem (nom.: gli stessi, i medesimi) hostes quos iam ad Granīcum flumen, apud Issum<sup>2</sup> et vicistis et fugavistis. Dicit eos Dareus rex, cuius avi, Dareus et Xerxes, Graeciam invaserunt, agros vastaverunt, urbes diripuerunt atque, – mementote! – Graecorum templa incenderunt et deleverunt. Hodie, milites Macedōnes ac Graeci, iniurias olim acceptas (ricevute) vindicare poteritis; hodie ad totius Asiae imperium pugnabitis. Hodie victoria vestra erit, si memores fueritis iniuriarum, quas maiores vestri a barbaris Persis acceperunt, si vim, audaciam, constantiam, quas semper praestitistis, hodie quoque praestiteritis.*

1. *equo Bucephalo vectus*: "in groppa al cavallo Bucēfalo" (lett. "trasportato dal cavallo Bucēfalo").

Bucēfalo era il cavallo che si faceva montare e guidare solo da Alessandro.

2. Alessandro aveva già vinto i Persiani nel 333 a.C. al fiume Granico e a Isso.

**Versione 23 ▶**

proposizione temporale e causale

## Al lupo, al lupo!

Chi, come il pastorello bugiardo di questa favoletta, approfitta della benevolenza altrui prima o poi ne paga le conseguenze.

*Puer pastor, ovium custos, cotidie, prima luce, ex ovili in viridia prata gregem suum agebat. Olim, dum taedio affectus<sup>1</sup> oves pascit, per iocum magna voce inclamare coepit: «Vos qui me auditis, ferte mihi auxilium! Adventant enim lupi famelici, qui pecora mea vorare volunt». Statim pastores et agricolae, qui in agris inerant, cum baculis undique concurrerunt sed nullos lupos invenierunt. Tum puer: «Vobis gratias ago – inquit – quod celeriter pervenistis, sed lupi, postquam clamorem meum audiverant et adventum vestrum animadverterant, magno timore capti sunt et in silvas confugérunt. Redite igitur ad opera vestra». Laetus ioco puer saepius (più volte) auxilium petivit et, quotienscumque homines veniebant, novas excusationes excogitabat. Denique, cum lupi vere supervenerunt, puer territus rursus auxilium imploravit, sed agricolae pastoresque, qui saepe a puero decepti erant, ei fidem non tribuerunt. Itaque lupi sine ullo periculo magnum ovium numerum devoravérunt.*

1. *taedio affectus*: "annoiato" (lett. "colpito da noia").

## 88 Il poeta Simonide

[prop. finale, concessiva]

*Simonides poeta, qui iam egregia carmina scripserat, in opulentas urbes Asiae venit. Ibi victorum laudes in Olympiis mercede voluit canere, ut paupertatem sustineret. Ita rem familiarem brevi tempore auxit et in patriam ut reverteret ascendit navem, quam horrida tempestas in alto mari misere submersit. Tum naufragi etsi de se desperabant, tamen vehementer suas res pretiosas collegerunt, subsidium vitae. Quidam curiosus: «tu, Simonide – inquit – nihil ex rebus tuis sumis?» Cui ille: «Omnia mea – inquit – mecum porto». Homo doctus divitias in se semper habet.*

CLIVIA  
485

## 89 Il ratto delle Sabine

[prop. finale, temporale]

*Romulus urbem Romam condidit, sed, si ingens yirorum multitudo erat in nova urbe, tamen paucae erant mulieres. Hoc Romulus excogitavit ut numerum civium augeret. Ludos magnos instituit atque incolas omnium finitimarum vicorum invitavit. Sabinorum multi Romam venerunt cum liberis atque mulieribus. Cum tempus spectaculi venit, Romana iuventus magnam partem Sabinarum virginum rapuit. Confestim Sabini, ut iniuriam vindicarent, bellum Romanis indixerunt, et castra haud longe ab Urbe posuerunt. Dum<sup>1</sup> milites acriter pugnant, mulieres inter acies flentes se coniciunt<sup>2</sup>, ut pacem inter Romanos et Sabinos conciliarent. Res prospere successit.*

<sup>1</sup> **dum**: congiunzione temporale, ha valore COINCIDENTE perciò si costruisce di solito con l'indicativo presente; qui con *pugnant* vale «Mentre combattevano».

<sup>2</sup> **se coniciunt**: presente storico, quindi «si spinsero».

## Indicazioni didattiche | Congiunzioni temporali

**cum** + indicativo

quando

**dum** + indicativo presente

mentre; intanto che

**donec; quoad; quamdiu** + indicativo (cong.)

finché; per tutto il tempo che

**antequam (priusquam)** + indicativo (cong.)

prima di; prima che

**postquam** + indicativo

dopo di; dopo che.

## 90 Un terribile cinghiale

[prop. causale, finale]

*Olim Diana, venatrix dea, infestum aprum, furorem cuius omnes timebant, misit in agrum Calydonium<sup>1</sup>, in Aetolia, quia<sup>2</sup> illius regionis rex Aeneus omnibus deis sacrificia fecerat, sed illam deam neglexerat. Hic aper vasto corpore, tauro similis, totam regionem vastabat et saevis dentibus arbores obtruncabat atque ingentem caedem pecoris faciebat. Rex, ut timore terribilis ferae Aetolian liberaret, omnes Graeciae principes ad venationem vocavit. Itaque multi ac insignes viri aprum occidere temptaverunt, inter quos<sup>3</sup> Iaso, Amphiaraus. Meleagrus, regis filius, Amphiarausque beluam occiderunt. Atalantae, mulieri quae prima aprum vulneraverat, Meleagrus, illius venationis dux, apri pellem donavit.*

<sup>1</sup> **in agrum Calydonium**: «nel territorio di Calidone».

<sup>3</sup> **inter quos**: nesso relativo, «e tra questi».

<sup>2</sup> **quia**: introduce una prop. causale.

**Traduci il seguente brano individuando e analizzando i comparativi presenti nel testo.**

### **Polifemo innamorato**

Il Ciclope Polifemo è innamorato, senza essere corrisposto, della ninfa Galatea e per lei intona un canto d'amore.

*Polyphemus fistulam sumpsit et canere instituit. Resonuerunt montes, senserunt undae talia dicta: "Candidior folio nivei ligustri, Galatea, floridior pratis, longa procerior alno, splendidior vitro, tenero lascivior haedo, levior conchis aequore detritis, gratior solibus hibernis aut aestiva umbra, mobilior damma, conspectior alta platano, lucidior glacie, matura dulcior uva, mollior cycni plumis et, si non fugis, formosior riguo horto.*

*Attamen, Galatea, cum amorem recusas, saevior indomitis iuvencis, durior annosa quercu, fallacior undis, immobilior scopolis, violentior amne, pavone superbior, acrior igni, asperior tribulis, immitior hydro, ac non tantum servo latratibus acto, verum etiam ventis fugacior. At si me bene cognoscere didicèris iam non fugies, moras tuas damnabis et me retinère temptabis".*

(da OVIDIO)

### **VERSIONE 3**

#### **Il sogno di Astiage e l'infanzia di Ciro**

Astiage, ultimo re dei Medi e padre di Mandane, moglie di Cambise, re dei Persiani, turbato da un sogno premonitore, aveva incaricato Arpago, suo generale ed amico, di uccidere il nipotino Ciro. Ma Ciro, salvato da un pastore, divenuto adulto cacciò il nonno dal trono, fondando nel 560 a.C. l'impero persiano.

*Astyāges, Medorum rex, qui filiam habebat nomine (= «di nome») Mandānam, quondam per somnum horribile monstrum vidit. Tum magos, somniorum interpres, arcessivit, ut somnium sibi (= «a lui, gli») explanarent. Ita magi Astyāgi responderunt: «Tibi (= «a te, ti») magnum periculum instat: Mandanae filius regni tui ruina erit». Cum Mandana filium, nomine Cyrus, pepērit, rex somnio territus Harpāgo, viro amico ac fideli, clam imperavit ut puerum necaret. Harpāgus, quamvis invītus, pastori puerum tradidit dixitque: «Rex imperat ut puer in silvam feratur atque ibi occidatur; nisi oboedivēris, vitam amittes». Tum pastor, Cyri innocentia commotus, domum rediit puerum secum (= «con sé») ferens et rem uxōri narravit. Sed mulier, quae pridie filiolum ob gravem morbum amisērat, virum oravit ne puerum necaret. «Cyrus – inquit (= «disse») – nobiscum (= «con noi») vivet! Harpāgi militibus filii nostri corpus trademus». Pastor uxoris preces exaudivit, itaque Cyrus, regis nepos, per multos annos, stirpis suaे ignarus, domi pastoris vixit.*

## PRESAGI DELLA MORTE DI CESARE

L'assassinio di Cesare, secondo il racconto di Svetonio, fu annunciato da due segnali importanti:

Caesaris futura caedes multis prodigiis preanuntiata est. In colonia Capua, dum coloni vetusta monumenta disiciunt, quia volebant aedificare novam urbem, in monumento, in quo Capys, Aeneae comes atque Capuae conditor, sepultus erat, tabula aenea inventa est; in qua litteris verbisque Graecis haec verba scripta erant: " Si Capys ossa detecta erunt, prognatus a sanguine Iuli necabitur magnisque mox cladibus tota Italia eius mors vindicabitur". Caesar enim originem trahebat ex Iulo, Aeneae filio, progenitore gentis Iuliae, quia Aeneas adiens Italiam condiderat Romam. Olim haruspex Spurinna monuerat: "Magnum periculum imminebit, si equi pabulum reliquerint atque lacrimas effunderint". Paucis diebus ante Idus Martias (=Idi di Marzo) equi, quos Caesar apud Rubiconem flumen deis consacraverat et vagos liberosque sine custodibus dimiserat, a cibo se abstinuerunt ubertimque fleverunt.